



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

5. Dies Octob. Non orietur ei sol gloriæ, cui non fuerit ortus sol justitiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

## 5. DIES OCTOB.

Non orietur ei sol gloriæ, cui non fuerit ortus sol iu-  
sticiæ. *S. Bernardus Serm. 5. in Vigil. Nativ.*

Renova. I.  
nspiratio  
bus.

**N**emo in hac valle lachrymarum tantæ est obnoxius miseriæ, qui non fit candidatus æternæ gloriæ. Sed ad gloriam non est alia semita nisi justitia. Sicut duplex est vita, altera mortalis, quam hic agimus; altera immortalis, quam expectamus; sic duplex est sol, pro duplice vita; pro hac vita, sol Justiciæ, sive Gratiæ, pro altera sol Gloriæ. Tu hunc, qui mundum illustrat, solem imitare, si velis solem Gloriæ tibi allucere. Quotidiana mentis innovatio, solis est imitatio. Sol quotidiè occidit, & oritur, hoc est, quotidiè quasi & nascitur & moritur. Sic quotidiè in te occidunt, quæ ducunt ad animæ occasum, Vitia; moriatur in te Iracundia, Superbia, Acedia, Intemperantia, tot quot in te dominantur Vitia, tot à te efferantur funera. Sic eris sol occidens, dum excusferis vesperi animum, illa in te occident, quæ animam occidunt, Esto & manè sol oriens, & quasi denud nascens; nascatur in te, sicut modò genito infante, novus spiritus ardor, nova in Virtutum exercitiis diligentia, nascatur in te Pudicitia, Modestia, Temperantia, Tolerantia, singulæ denique Virtutes. Tunc orietur tibi quotidiè sol justiciæ, & inducere post occasum mortalis vitæ, orietur tibi sol immortalis gloriæ.

II. Sic vive hoc die, quasi certò moritus, hac, quæ sequetur, nocte. Tanta omnium virium contentione incumbe in Dei obsequium, periude ac

D d d 3

fi

si omnes homines simul hoc essent à Deo primo procreati, quorum unus tantum è toto numero, donandus æternâ gloriâ, is videlicet, qui manu animi ardore, & spiritus fervore, Deo famulare, eique summè placere conniteretur. Ad quem fuscum reliquis indulustum foret spatum centum annorum, tibi tantum indulgeretur spatum illius dies. Quid tunc ageres, imò quid tuuc non ageres? Elle ne in omni illo die momentum, vel sterile aliquo Deum obsequio, aut non fertile insigni merito? Revoca sæpè in memoriam, Sanctorum axiomata, quæ spiritui sunt, quibus ad curriculum incitetur caloria. Quale est istud S. Antonii. Ubique possimus innire cœlum, modò cor hominis sit in corde Dei: Et illa S. Alberti: Stupeo nos posse credere Deum esse Deum, et tam tepidè nos ei servire. Et aliud ejusdem. Non attendas quid facias, sed quid te facere oportet, quid posses facere, fineres te à Deo duci, idemque S. Odonis. Homo si parum potest, sed Deus, & homo concordantes, omnia possunt. Denique illud S. Romualdi. O Romualde, permitte res Dei gratiam operari in anima tua, quid faceres? miser, via per te facere, & totum compis.

III. O mentis cœcitas! ô voluntatis perversitas! nos tam multa ex Fide, quâ illustrati sumus, audie, tam mira videre, tam stupenda scire, tam prodigia cognoscere, & tamen non credere? aut si credimus, minimè expendere, aut si expendimus, tam pa- rum apprehendere. Sana præterire ut aliena, neglegere ut inutilia, sæpe ridere, ut stulta, contemnere insomnia, abominari ut noxia, & avernari ut vita, tempori, loco, muneri inconvenientia, & repugnan-

Deo primo  
numero, si  
qui man-  
famulare-  
d quem fin-  
centum au-  
um illius di-  
ageres? Elle-  
cetile aliquo-  
merito? Re-  
xiomata, qu-  
citetur calo-  
possumus im-  
peri: Et ill-  
esse Deum, v-  
Non attenda-  
offes facies;  
s. Homo suu-  
es, omnia p-  
Romualde, p-  
4, quando-  
tum con-  
sidereris?

ia. Nonnè ut olim discipulis, (a) sic modò nobis  
meritò exprobraverit incredulitatè nostram, & du-  
ritatem cordis Christus, quia his qui viderunt, non  
credimus. O incredulitas exitiabilis! O durities cor-  
dis detestabilis! non credere tot expertis, non assen-  
tir tantæ fidei viris, tanti nominis Divis! Quæ cùm  
omnes unà voce prædicent, semitam in cœlum an-  
gustam, viam asperam, nos tamen quærimus latam,  
ingredimur planam, & plus credimus nostræ temeri-  
tati, quam ipsi Deo, ipsi veritati. (b) Contendite, in-  
quit, intrare per angustum portam, & Quomodò ergò  
poterunt, qui non contendunt? aut quomodò conten-  
dunt, qui contendendum non credunt? aut quomodò  
credunt, qui non satagunt? certè non satagunt, qui  
non aliter contendunt, qui ita quiescunt, qui visâ tan-  
guliorum contentione, audita contentione difficul-  
tis, intellecta difficultatis necessitate, turpiter ster-  
tunt; & vix stare curant, cùm stare tamen, quin defi-  
dat, posse neminem audiant. Aut ergò tales necesse  
est Deo ipsi detrahant fidem, aut suam desperent salu-  
em, qui tam expressam spernunt monitionem. Ne  
in illo tuo tam laudabili curriculo retardet diffi-  
cultas, & labor, cogita bravium, suspicere cœlum, obji-  
ctibi gaudium.

*Quantum gaudebunt, quos gaudia summa replebunt.*

## 6. DIES OCTOB.

**Ubi Deus Magister est, quam citò discitur, quod datur.** S. Leo Serm. I. de pœnitent.

Ddd 4

I. Uc

(a) M.16. (b) Marf. 7.13.